

## GOFFRIDI VINDOCINENSIS ABBATIS

### CHARTA PRO FONTE EBRALDI

(PAVILLON, *Vie de Robert d'Arbrissel*, pag. 609.)

Notum facimus tam futuris quam præsentibus **A** de sale nostro dominico, capitulo suo annuente, nobis donavit, et in perpetuum concessit.  
 quod dominus Goffridus, Vindocinensis abbas, ante omnes et super omnes alios abbates, hujus loci qui Fons Ebraldi dicitur familiaritatem habet et beneficium; et cum ipse obierit per singulos annos ejus solemniter celerabimus anniversarium. De fratribus autem Vindocinensis monasterii de quibus breve habuerimus, tantum faciemus, quantum pro nobis metipsis. Ipse vero dominus abbas partem telonei quam apud Sanctum Florentium veterem habebat

Facta sunt autem hæc in capitulo. Fontis Ebraldi præsentibus D. Goffrido abbe Vindocinensi et domino Roberto de Arbrissello, magistro nostro, annuentibus sororibus cunctis, an. 1114 Incarnation. Dom., indictione vi.

Concessio autem hujus telonei facta est in capitulo Vindocinensi vi Non. Augusti.

## DIVERSORUM DONATIONES PIÆ

### ABBATIÆ FONTIS EBRALDI SUB REGIMINE B. ROBERTI DE ARBRISSELLO FACTÆ

#### I.

**Concessio Sibillæ S. Crucis abbatissæ facta abbatæ Fontis Ebraldi.**

[PAVILLON, *Vie de Robert d'Arbrissel*, p. 593.]

Ego Sibilla, S. Crucis abbatissa, volo tam futurorum quam præsentium scripto tradere placitum, quod cum domino Roberto et sororibus de Fonte Ebraldi per manum et petitionem Hersendis que est prior illius loci, et religiosa est mulier, firmavimus. In quadam itaque terræ nostræ silvula, quam vulgari nomine Born appellant, et loco illi affinis in parochia de Cuseio esse dignoscitur, concedimus eis omnium reddituum medietatem unam, et aliam medietatem ecclesiæ S. Crucis, cuius juris est, integre et per omnia retineant, etc. Hoc donum, et conventionem quam de hujus silvæ particula quam quoquomodo excolet propter divinæ pietatis timorem et domini Roberti ecclesiæ nostræ amici dilectionem fecimus, etc.

Data in capitulo S. Crucis, anno 1104 ab Incarnatione Domini.

#### II.

**Charta donationis loci de Cadunio domno Roberto de Arbrissello.**

[DE LA MAINFERME, *Clypeus Font. Ebrald.*, tom. I, p. 149, ex tabulario abbatæ de Cadunio.]

Dum venerabilis Robertus de Arbrissello Petragoricas partes advenisset, et capitulum Sancti Frontonis intrasset, ibique canonicos ejusdem sancta prædicatione resiceret, rogaverunt eum eidem canonici,

**B**ut ad sustentationem sanctimonialium in ecclesia Fontis Ebraldi omnipotenti Domino servientium, unum de locis S. Frontonis dignaretur accipere, et ad victimum sanctorum seminarum ædificare: qui precibus eorum quandoque devictus, unum de minoribus locis eorum, et eo tempore jam pene deseratum accepit: et ad honorem S. Frontonis et ad recognitionem hujus nostræ donationis unam libram incensi quæ in ejus festivitate reddatur, ibi impousuit. Itaque ego Guillelmus Petragoricensis Ecclesie episcopus, et canonicorum S. Frontonis abbas, et eidem canonici, hunc locum qui dicitur in silva Cadunii Salvitas, domno Roberto et sanctimonialibus Fontis Ebraldi dedimus mansum, et omnia quæ ibi possidebamus: et nostris propriis manibus subscripsimus, et ad confirmationem hujus donationis hanc chartulam sigillavimus.

Testibus Helia præcentore de Cassey, Bernardo sacrista de Pairac, Itherio archidiacono de Solis, et aliis quam pluribus.

#### III.

**Charta donationis de terra de Podia.**

[COSNIER, *Exord. Font. Ebral.*, p. 216, ex chartulario Fontis Ebraldi, charta 686, fol. 168 b, et 169.]

Nos Petronilla de Montoranto, Paganus de Vallibus, Theobaudus Forescherius, Belotus de Claris Vallibus, Joannes de Tuscha, donamus et in perpetuum concedimus domno Roberto homini religiosissimo, et piissimæ Fontis Ebraldi monachorum con-